



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

Simplex quedam cognitio S. Trinitatis. 9

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

MARGARITAE EVANG.

seipsam vniuit in essentia animæ nostræ. Est autem Deus trinus in personis, & vniuit seipsum in viribus supremis. Nos quoque fecit ad imaginem et similitudinem suam. Secundum simplicem animæ nostræ essentiam, Dei intra nos imaginem habemus: Secundum vero tres vires superiores, quæ promanant & originem trahunt ex illa simplici imagine, Dei intra nos similitudinem habemus. Per simplicitatem suam quiescit ipse in nobis, & hoc per merita sanctissimæ humanitatis suæ. Et secundum quod nos operamur, et strictiosius nos ipsos applicamus, atq; cōuertimus ad Deum, secundum hoc operatur ipse perfectius in nobis similitudinem diuinitatis ac humanitatis suæ, facitq; nos esse per gratiam, q̄ minime sumus per naturam, quatenus ipsum intus et exterius sequi valeamus eo modo, quo nos ipse præcessit. Et hæ sunt deliciae atq; gaudium domini Dei nostri in nobis, quod ipsi videlicet similes efficimur. Perfecta namq; salus nostra in eo consistit, quod taliter in Christum transformamur, et in ipso permanemus.

Simplex quædam cognitio vel confessio sanctissimæ Trinitatis. Cap. IX.

CRedimus autem in diuinitate tres esse personas, videlicet patrem & filium et spiritum sanctum: atq; has tres personas vnum esse verum Deum, continentem in se potentiam, sapientiam et bonitatem, quæ sunt tres inuisibiles vires (si tamem ita dicere fas est) videlicet potentia, qua omnia potuit: sapientia, qua cuncta disposuit atq; præuidit: et amor, qui ipsum ad omnia creanda incitauit. Faciamus (inquit ipse) hominem ad imaginem

LIBER I.

nem & similitudinē nostrā. Aduertedū igitur, q̄
quemadmodū in Deitate tres personæ existūt, et
vnus Deus: ita in anima sunt tres vires & vnus
spiritus. Est autē spiritus animæ quædam nuda et
simplex essentia, quæ in perpetuū viuet atq; du-
rabit, & in ista essentia Deus seipsum vniuit, a-
gens in memoriam, intellectū et voluntatem, se-
cundū quæ similitudinem habet anima sanctis-
simæ Trinitatis. Porro sicut harum viriū altera
sine altera nihil operat: ita & in beatissima Tri-
nitate nihil exterius operatur vna persona sine
alia. Patris enim potentia nihil agit absq; filij
sapientia, & bonitate sancti spiritus: & pari mo-
do memoria nihil cogitare potest, nisi per intel-
lectū ipsi imprimat: et intellectus nihil potest in-
telligere siue cognoscere, nisi memoria prius i-
psū recogitet, et tūc illud intellectus apprehē-
dat. Et hoc modo filius ex patre generat. Porro se-
cūdū qd̄ rei alicuius reminiscimur, & intelligē-
do vtilē fore cognoscimus, secundū hoc q̄q; dili-
gimus eandem: & pro quāto eā volumus, pro tā-
to eā & amamus & desideramus. Et sic patet, q̄
neq; memoria, neq; intellectus, neq; volūtas ef-
se, vel aliqd̄ operari possint altera sine altera: si-
cut nec in sanctissima Trinitate exterius vna p-
sona aliquid agit sine altera. Pater em̄ gignit fi-
liū, per quē seipsum perfectissime cognoscit, &
ob hoc nō potest nō amare atq; laudare perfecte
seipsum, quod ipsi soli est possibile.

De viribus aīæ & ipsarū opatione. Cap. X.

ET quis anima quædā inuisibilis essentia sit,
quæ nullū occupat locū secundū exteriorē
modū: habet nihilo minus peculiare locū
suū, operationē et motū in homine. Secundū sim-

B iij plicem